





Insb  
Ae  
Ae  
Ae  
Para  
Inse  
An  
A  
A  
A  
H  
d.

of  
Ma  
An  
B





**A.**

Iustas Anglorum in Galliam praesentiones . . . . . 7.

Aeterna vita ex ratione gentiumque consensu . . . . . 8.

Actuum moralium norma . . . . . 9.

Aestimatio et cultor humanioris litteraturae Lutherus . . . . . 15.

Paradigma Politici in T. Pompon. Attico. . . . . 17.

Priscis Romanorum Aedilibus . . . . . 34.

Antiquitas Martyrologica . . . . . 38.

Athanasii Exiliis . . . . . 39.

Astronomorum hypothesebus . . . . . 41.

Amore Dei . . . . . 47.

Habitu corporis humani ad actiones morales . . . . . 50.

d. Accentibus s. distinctionibus Hebraeorum Prosais . . . . . 56.

**B.**

officio Principis circa bellum suscipiendum . . . . . 7.

Magis Petilehemu profetis stella duce . . . . . 13.

An Bruta sentiant . . . . . 14.

Brutorum religione . . . . . 24.

d. imaginibus Veterum in Bibliothecis et alibi positis . . . . . 19.

Belli et pacis iustitia in regno Portugalliae fundata . . . . . 26.

Barbarorum populorum praecultionibus prerogativa . . . . . 40.

Burdigalensi rebellionem . . . . . 57.

**C.**

d. Causis fabularum cum origine gentium . . . . . 6.

Comparatio obligatum, quae ex diversis hominum statibus oriuntur . . . . . 11.

Cultor et estimator humanioris litteraturae Lutherus . . . . . 15.

Prudentiae civilis capitibus Principis . . . . . 25.

Cometarum natura . . . . . 31.

d. de Cartes metaphysica divina . . . . . 35.

d. de Cartes Utopia Spirituum . . . . . 36.

Populorum barbarorum praecultionibus prerogativa . . . . . 40.

Quid cognosci possit de statu mentis post mortem ex lumine naturali . . . . . 45.

Cardinalibus virtutibus . . . . . 48.

Cardinalibus vitis . . . . . 49.

Corporis humani habitu ad actiones morales . . . . . 50.

de Cromwelle vaticinium Vfferii . . . . . 52.

Summa capita iuris Nat. ac



Gentium in officiis humanis... 59.

Emphasibus scripturae . . . . . 42.  
d. Evkaiçia s. Tempestivitate. 53.

Modis decernendi successorem in regnis . . . . . 1.

Dei pscientia an rebus necessitatem inferat? . . . . . 3.

Duce Stella profectis magis ex oriente Bethlehennum . . . . . 13.

Divina Metaphysica R. des Cartes . . . 35.

Dei amore . . . . . 47.

d. Distinctionibus Hebraeor. Prosais . . . 56.

Fabularum cum gentium origines causa. d. Figuris planis Isoperimetris regularibus . . . . . 30.

Fatalibus Imp. et Monarchiarum periodis . . . . . 58

Scititia Neronis in Ecclesiam . . . . . 16.  
Eloquentia . . . . . 23.

Edicta Juliani contra Philos. Xianos . . 28.  
d. Ente . . . . . 35.

Exsiliis Athanasii . . . . . 39.

Gallie R. parte in Lotharingiam . . . 5.  
cum Gentium origines fabularum ad. 6  
in Galliam iuxta Anglorum ptesiones. 7.

Invi  
Hist  
Hon  
Ex H  
Hum  
Histon  
Hyp  
Honi  
vhr  
Hab  
Hun  
Heb  
J. N





42.  
2. 53.

Juris Nat. et Gentium summa capi-  
ta in officiis humanis... 59.

ausso.  
6.  
qu-  
30.  
am  
58

Historia sine Parente . . . . . 6.  
 Hominum Temperamentis . . . . . 10.  
 Ex Hominum statibus diversis obligationum  
 orientum comparatio . . . . . 11.  
 Humanioris litteraturae cultor et  
 estimator Lutherus . . . . . 15.  
 Historia Portugalliae . . . . . 26.  
 Hypothesibus Astronomorum . . . . . 41.  
 Hominum multiplicatione secundum  
 utramque essentiae partem . . . . . 43.  
 Habitu humani corporis ad actio-  
 nes morales . . . . . 50.  
 Humana mente . . . . . 55.  
 Hebraeorum distinctionibus Prosais 56.  
 J. Nat. et Gent. summa capita in  
 officiis humanis . . . . . 59.

...5.  
id. 6  
ones. 7

7

Jure R. Galliae inlotharingia . . . 5.  
 Imaginibus veterum in bibliothecis  
 vel alibi positis . . . . . 19.  
 Imperii exers religio . . . . . 21.  
 Inconsulta vocis moderamine . 22.  
 Justitia belli et pacis in regno Portu-  
 galliae fundata . . . . . 26.  
 Juliani edictum q. Christianos Philosophos. 28  
 d. figuris planis Soperimetris regu-  
 larebus . . . . . 30.  
 Imbecillitate luminis naturalis in de-  
 monstrando statu mentis post mortem 32  
 Juliana periodo . . . . . 51.  
 Imp. et Monarchiarum fatalibus  
 periodis . . . . . 58.  
 Juris Nat. et Gent. summa capita  
 in officiis humanis . . . . . 59.



Quid de statu mentis post mortem ex lumine naturali cognosci possit? 45.

Inj. R. Gallie in Lotharingiam . . . . . 5  
 Lutherus litteraturae humanioris  
 cultor et estimator . . . . . 15  
 Luminis naturalis imbecillitas in demonstr.  
 statu mentis post mortem . . . . . 52  
 Legis natur. primo principio . . . . . 44

**M**  
 Modis decernendi successorem  
 in regnis . . . . . 1  
 Moralium actuum norma . . . . . 9  
 Magis ex Oriente stella duae Beth-  
 lehemum profectis . . . . . 13  
 Moderamine inconsulta vocis . . . . . 27  
 Miscellae theses ex Philosophia . . . . . 27  
 Mathematicarum proposit. selecta-  
 rum decas . . . . . 29  
 Luminis nat. imbecillitas in demonstr.  
 statu Mentis post mortem . . . . . 32  
 Metaphysica divina R. des Cartes . . . . . 35  
 Martyrologica Antiquitas . . . . . 38  
 Multiplicatione hominum secundum  
 utramque essentiae partem . . . . . 43  
 Quid de statu Mentis post mortem ex lu-  
 mine natur. cognosci possit? . . . . . 45  
 Habitu corporis humani ad actio-  
 nes morales . . . . . 50  
 Mente humana . . . . . 55  
 Monarchiarum et imp. fatalibus  
 periodis . . . . . 58

An  
 d. X  
 Nor  
 Ner  
 Na  
 Nat  
 Stro  
 Nat  
 Quid  
 lus  
 Na  
 offic  
 caus





em ex  
sit. 45.

em  
- 1.  
- 2.  
eth.  
- 13.  
- 27.  
- 27.  
- 29.  
onstr.  
- 32.  
- 35.  
- 38.  
Dum.  
- 43.  
x lu.  
- 45.  
tio.  
50.  
55.  
ny  
8

**N**  
 An Necessitatem rebus inferat Dei  
 Præscientia? ... 3.  
 d. Namurco urbe. ... 4.  
 Norma actuum moralium ... 9.  
 Neronis Claudii in reip. et ecclesiam  
 Severitia. ... 16.  
 Natura Cometarum ... 31.  
 Naturalis luminis imbecillitas in demon.  
 Strando statu mentis post mortem ... 32.  
 Naturalis Legis primo Principio ... 44.  
 Quid de statu mentis post mortem ex  
 lumine Natur. cognosci possit? 45.  
 Nat. juris ac gentium summa capita  
 in officiis humanis. ... 59.

**O**  
 officio Principis cū bellu suscipiendū. 2  
 causæ p̄c̄i origines gentium ... 6.  
 fabularum.

Obligationum ex diversis hominum sta-  
 tibus orientium comparatio ... 11.  
 Oriens in Occidente ... 37.  
 In officiis humanis summa iuris  
 nat. et gentium capita. 59.

**P**  
 Principis officio cū bellu suscipiendū. 2  
 Præscientia Dei an rebus inferat ne-  
 cessitatem. ... 3.  
 Sine Parente historia ... 6.  
 Præfensiones iusta Anglorū in Galliam  
 Preparatione ad sapientiam. 12.  
 d. profectis magis ex oriente Bethlehe-  
 mum stella duce. ... 13.  
 Paradigma politici in J. Pompon. Attico.  
 Præcipuis prudentie Civ. capitibz. 17.  
 Portugallia Historia ... 26.  
 Propositionū Mathematicar. Selectarū  
 decas. ... 29.  
 Planis figuris isoperimetris regularibz. 30.  
 Priscis Romanorum doctibus. ... 34.  
 Prærogativa Populorū barbarorum  
 p̄c̄i cultioribus. ... 40.  
 Primo Principio L. Naturalis. 44.



d. Præiudiciis - - - - -	46.
d. Periodo Iuliana - - - - -	31.
Profanis Hebræor. distinctionibus... 56.	
Periodis fatalibus Imp. et Monarchiarum - - - - -	58

variis modis deternendi successorem in regnis - - - - -	1.
Neronis in temp. et Ecclesia sevitia. 16.	
Recitatione et retractatione Veterum. 18	
Religio expers imperii - - - - -	21.
Religione brutorum - - - - -	24.
Regularibus figuris planis isoperimetris. 30.	
Romanorum prisca edilibus. . . . .	34.
Rebellionem Burdigalensi. . . . .	57.

L.

Va  
E  
Ex  
on  
ad  
d. m  
an  
Se  
d. S  
Imbe  
Sta  
Spir  
Sen  
Lui





variis modis Suecessorem de-  
 ceptendi in regis . . . . . 1.  
 ex diversis hominum Statuum  
 orientium obligationum comparatio  
 ad Sapiantiam preparatione . . . 11.  
 d. magis ex oriente Stella duce Bess  
 lehemum profectis . . . . . 13.  
 an Sentiant bruta . . . . . 14.  
 Savitia Neronis Claudii in temp.  
 et Ecclesiam . . . . . 16.  
 d. Secesibus Veterum . . . . . 20.  
 Imbecillitas luminis nat. in demonstr.  
 Statu mentis post mortem . . . 32.  
 Spirituum Utopian R. des Cartes . . 36.  
 Scriptura emphasibus . . . . . 42.  
 Quid de statu mentis post mortem ex  
 lumine natur. cognosci possit: 45

Temperamentis hominum . . . 10.  
 Theses Miscellae e Philosophia . . 27.  
 d. Tempestivitate . . . . . 53.

uces . . .  
 . . . 1.  
 vitia . 16.  
 tenū . 18  
 . . . 21.  
 . . . 24.  
 . . . 30.  
 . . . 34.  
 . . . 57.





U. V.

Variis modis decernendi successorem in regnis . . . . .	1.
De Urbe Namuro . . . . .	4.
Vita aeterna ex ratione gentiumque consensu . . . . .	8.
Veterum recitatione et retractione . . . . .	18.
Veterum imaginibus in bibliothecis vel alibi positis . . . . .	19.
Veterum secessibus . . . . .	20.
Vocis inconsulta moderamine . . . . .	22.
Vopian Spirituum s. des Cartes . . . . .	36.
Virtutibus Cardinalibus . . . . .	48.
Vitiis Cardinalibus . . . . .	49.
Vserii Vaticiniu de Comwello . . . . .	52.





3.

57.

# An praescientia Dei rebus inferat ne- cessitatem?

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*  
**DN. FRIDERICO**  
**VVILHELMO,**  
ELECTORATUS BRANDENB. HEREDE,  
&c. &c. &c.

SVB PRAESIDIO  
**DN. IO. PETR. LVDOVICI,**  
PHILOS. PROF. PVBL.

DISPVTABIT  
**M. JOH. ANDR. LISCOVIUS,**  
WVRZENSIS MISNICVS.

---

D. XXIX. NOVEMBR. c1o 1o vcc.  
H. L. Q. S.

  
*HALAE MAGDEBVRGICAE, STANNO HENCKELIANO.*



27

An praefatione Dei

rebus inter se

gestantur

RECTOR MAGNIFICENTISSIMO  
SACRISANCTISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DN. FRIDERICO

WILHELMO

RECTOR BRANDEBURGENSIS

SUB PRASIDIO

DN. IO. PETR. LAVDOVICI

PHILOS. PROF. PUBL.

DISPUTABIT

M. JOH. ANDR. LISCOVIUS

WURZENSIS MATHESIS

D. XXIX. NOVEMBR. MDCC.

H. L. G.

IN ACADEMIA BRANDEBURGENSIS, ANNO MDCCLXXIX.







§. I.

Copulosa semper atque difficilis *Maetriae* circa hanc materiam quaestio fuit. *dignitas ac* quae veteribus non tantum philoso- *difficultas.* phis crucem fixit; sed ita etiam exercuit recentiores, ut plures in transvorsum egerit; nonnullos in tantam adduxerit dubitationem, ut eam inter impenetrabilia humano ingenio referrent; atque certi quid de ea statuere ejusdem vanitatis arguerent, quam disputando assequi velle; an numerus stellarum sit par aut impar? quot atomi in uniuersum? atque similia, quae captum hominum aut sua excedunt magnitudine, aut sublimitate superant, aut occultatione proposita longissimo post se spatio relinquunt. Certe qui vel vias, quibus ingressi sunt alii, ut ex hac difficultate eniterentur: vel latibula, in quae plures hic se recipere maluerunt; quam periculo se exponere, aperte sententiam prodendo, numerare, aestimare, ac conferre inuicem velit; eundem plerosque ancipites, flexiloquos multos, varios omnes ac multiformes invenire necesse est, neutra fere parte cum altera rite cohaerente. At vero in tanta varietate opinionum, & summa rei ipsius difficultate eam in praesens hoc ipso tamen lubentius pertractandam suscipimus; quo certiores sumus, non inutilem dissertationem fore, de cujus veritate in diuiniis etiam scientiis, in quas vero nunc falcem non immittimus, cum fori nostri non ignoremus cancellos, maxima rerum pendeant monumenta. Annuat Deus instituto nostro, ipse faciat nos scire, ut de scientia ejus cum reuerentia loquamur, cum pietate sentiamus.

§. II. Antequam vero ad quaestionis propositae solutionem veniamus, non dissimulandi aduersarii sunt, qui *Deum futus* Deum futura contingencia praescire execranda impietate *ra contin-* negarunt. CICERO, & cuius ipse sententiam & refert & *gentia prae-* sequitur, DIODORVS in detestabili hac opinione coeteris *scire negant* Cicero,



facem praetulerunt. Cum enim iste Stoicorum fatali se opponeret necessitati, ut ingenium humanum in libertatem assereret, hoc argumento (*lib. II. de Divinat. cap. 18.*) contra sentientes impugnat: *miki ne in Deum quidem cadere videtur, ut sciat, quid casu fortuito eventurum sit. si enim scit, certe illud eveniet: si certe eveniet; nulla fortuna est, (sed omnia necessaria.) Est autem fortuna. rerum igitur fortuitarum nulla praesensio.* quorum etiam confer, quae idem *libro de Fato* in hanc rem prolixè disputat. At merito Ethnici hominis insaniam ex sana etiam ratione improbat ac discutit *AVGVSTINVS lib. V. de Civ. Dei cap. 9. & 10.* inquiens: *ut homines faceret liberos; fecit sacrilegos.* quantum enim homini attribuit Tullius; tantum detraxit Numini. Ejusdem erroris quosdam ex Rabbinis *Sam. MARESSIVS* arguit *Controu. XIII. contra Jesuit. Tirinum p. m. 46. MENASSEH Ben Israel* certe *lib. III. de term. vitae fest. II.* aperte fatetur, R. Abrahamum, Maimonidis aemulum, duas veritates, futura incerta esse, & certo tamen a Deo sciri, componere nesciuisse. qui tamen ipse, ex quo haec refero, erroris se praestitit immunem. Ipsi *ARISTOTELI* hic quoque aqua haeret, qui licet scientiam futurorum contingentium expresse Deo non deroget, cum tamen *lib. de Interpretatione cap. IX.* integro, hoc argumentum prosequatur; *N. Futura contingentia libera possunt habere (alias enim non essent libera) praescitam aut determinatam veritatem; at quaedam tamen sunt futura contingentia libera (secus enim omnia stoica quadam necessitate fierent) E. Quaedam nequeunt praescitam aut determinatam habere veritatem;* ob hanc inquam impossibilitatem, quam rei inesse credidit philosophus, eandem in Deo negasse, non minus censetur. *BOETHIVS* etiam his conflictatum se dubiis esse, *lib. V. de consolat. Philosoph. prosa 2. sq.* prolixè exponit, qui tamen, cum sanio rem sententiam deinceps feliciter contueatur, a quovis in hanc rem legi mereatur. commentarius, qui in haec ipsa ejus loca prostat (quod contra *Sizmannum* ejus interpretem nota) non *Thomae Aquinatis* est, sed alius *Thomae de Valois* dicti, ut *VALLA* subindicat in *lib. VIII. Aug. de C. D. c. 2.* Scelestissimum id est, quod post diu

Ex Rabbinis  
 nonnulli.

Aristoteles.

Boethius.



diu agitatam, explosamque contrariae partis opinionem,  
 recentiorum nonnulli eam ex orco, patrum aetate, revocare,  
 cumq; aliud sacra pagina luculenter innuat, in scholis Chri-  
 stianorū proponere nihilominus, nec sine summa irreveren-  
 tia Numinis propugnare, non dubitaverint. Ita n. infaustus  
 ille *SOCINVS Praelect. Theol. c. VIII. p. 27.* ait: *nihil absurdi inde*  
*apparet, etiamsi Deus futura non noscat, antequam sint.* & ad locum  
*Gen. XVIII. Deus potuit dicere, se scire, quid Abraham facturum es-*  
*set, etiamsi id certo non praenouerit.* vide alia, quae idem per  
 per 8. 9. 10. & reliqua capita prolixè prosequitur. Hoc pa-  
 rum meliores quidam ex *Remonstrantibus* (illorum enim alii  
 nefandum hoc dogma & ipsi exhorrescunt, ut *CYRCELL. de*  
*Jure Dei c. 12.*) sunt, qui hanc quaestionem pro problematica  
 habent, in utramque partem disputabili, adeoque creditu-  
 minus necessaria. Id quod *Simon EPISCOPIVS* facit *Disp. IV.*  
*thes. 10. Disquiri permittimus,* ait, *operosam illam quaestionem de*  
*scientia futurorum contingentium absoluta & conditionata. Et-*  
*si non negemus, Deo illorum scientiam posse attribui, imprimis*  
*quia Deo eam scriptura attribuere videtur; (non videtur tri-*  
*buere, sed indubitato tribuit) tamen an necessarium scitu sit,*  
*ad hoc ut recte Deus colatur, ejusmodi scientiam Deo compete-*  
*re, examinari permittimus. Certe si necessarium non sit; me-*  
*rito facessere deberent a Scholis & Ecclesiis intricatae ac spinosae*  
*istae quaestiones, quae magno molimine de ejus modo ac fundamen-*  
*to agitari solent. & quae sequuntur. confer. VED&L. Arcan.*  
*Armin. P. I. c. 9.* Ejusdem fere pretii illi sunt, qui non nisi  
 conjecturalem adeoque fallibilem scientiam futurorum  
 contingentium Deum habere eadem peruersitate asserunt.  
 quam sententiam Dominicanis Hispanis *Lunae, Fr. Petr. de*  
*Ledesma, & Navarettae,* a Jesuitis tribui reperio. At vero recte  
*CICERO lib. II. de Divinat. c. 15.* ait: *aliquid praesentire aut conje-*  
*ctura, aut arte, aut ratione, aut usu non divinis tribuenda; sed peritis*  
*hominibus.* Neque tandem ex Scholasticis *HERICE* probatur. *An ex lumi-*  
*qui licet praesensiones diuinas non inficietur; id tamen*  
*ipsum lumine naturali cognosci posse, Tract. I. disp. 6. c. 1. n. 3. haec pate-*  
*impudenter negat. Mitigauit hanc opinionem* *MAGAL-*  
*ant?*

Socinus &  
ejus Assen-  
cla.

Dubitant  
Arminiani.

Conjectura-  
lem statu-  
unt quidam  
ex Domini-  
canis.



LANES, Art. I. de Scient. Dei c. 14. scribens; lumine eqvidem naturali Deum futura praescire ignotum esse, quod si vero ex reuelato verbo haec nobis praescientia innotuerit, demonstrari utique ejus cum coeteris attributis diuinis cohaerentiam lumine naturae posse. Quod tamen ipsum, cum non minus a veritate alienum sit, inter supra memoratos errores merito a nobis refertur.

Deum futus  
ra contin-  
gentia  
praescire,  
ex lumine  
naturali  
probatur.

§. III. Illud vero nunc nobis negotium incumbit, ut veriore sententiam demonstramus, atque injectos veritati scrupulos eximamus. Primum igitur unicuique hominum talem a natura reuerentiam Numinis tributam censeo; ut Deum ens esse *perfectissimum, sapientissimum, ac potentissimum* agnoscat. Quod vero ipsum cum ( ut aduersa etiam pars largitur ) notum natura sit, non ignota esse illa ipsa posse, quae ex iis prona ac necessaria consecutione fluunt, omnes vident. Natura enim, quae contradictoria reformidat, refugitque, nec talia consecutari potest, quae prius assumpta euertunt. At vero Deum futura contingentia, antequam fiant, nescire, tollit  $\alpha$ ) *perfectionem* diuinam. mutaretur enim Deus, si uno tempore sciret, quod nescivit altero, fieretque adeo ex non sciente, sciens.  $\beta$ ) *Sapientiam Dei summam* oppugnat. proficere enim in sapientia, quod tali modo fieret, non est *summam* habere.  $\gamma$ ) *Omnipotentiam* eidem Numini adimit, quae non ad omnia sic se possibilia extenderet. Possibile enim esse futura contingentia praescire inferius dabimus commonstratum. Accedit  $\delta$ ) quod Deo & *providentiae* ejus a ratione humana sic imponi posset, ut necessum haberet Maximum Numen dicere quandoque: *non putaram?* quod aut  $\alpha\theta\epsilon\omicron\nu$  est, aut blasphemum. Deum igitur confiteri, & praescium futurorum negare, *apertissimam insaniam esse*, cum AVGVSTINO (lib. 5. c. 9. de C. D.) concludimus. Si communis porro gentium consensus in religione quid valet, earum plerasque futurorum praesensiones oraculis suis, aut si aliud quid Deorum loco habuerunt, tribuisse notissimum est. Tandem quod & di-





& divinior codex Deo haec luculentissime tribuat, multa *Ex sacris di-*  
 loca docebunt *Esaie XLI. v. 26. XLVIII. v. 5. Daniel. II. v. 22. Etis exem-*  
 & plura idem exempla commonstrabunt; quae Deum eo- *plisque.*  
 rum etiam praesentiam habere arguunt, quae nunquam eve-  
 nerunt, evenissent tamen, si haec vel illa conditio praesto  
 fuisset ( *futura conditionata*, quemadmodum coetera, quae e-  
 veniunt, *absoluta* dicimus. ) Sic Deus Davidi praedicat *I.*  
*Sam. c. XXIII. v. 11.* Keilitas Regi hosti Saulo eum traditu-  
 ros si Keilae maneret, & *Matth. XI. v. 21.* Servator inquit: *Si*  
*Tyri & Sidone editae fuissent virtutes, quae editae sunt in Chora-*  
*zin & Betsaidae olim cum sacco & cinere sedentes resipuissent.* Sed  
 haec ex alia Theologis discutienda relinquimus; comple-  
 ctimur *TERTULLIANI* effato reliqua, qui *lib. 11. adv. Marcion. v. 2.*  
 ait: *Praescientia Dei tot testes habet, quot fecit Prophetas.*

§. IV. Cum igitur mea nunc confirmaverim, ut ad- *Objectiones*  
 versaria evertam, ne officiant deinceps, contendendum est, *num contra*  
 Quamvis vero opposita argumenta sub alia atque alia spe- *praescien-*  
 cie a diversis proponantur: omnia tamen ad quaedam ca- *tiam divi-*  
 pita poterunt revocari. Primum itaque dicunt; quae non- *nam solu-*  
 dum sunt, nondum scibilia sunt; futura libera nondum sunt *tio.*  
 E. Hic & majorem labefactare & minorem dicimus. Praesci- *Obj. I. Fu-*  
 untur quippe eclipses, craftinus dies &c. quae nondum sunt. *tura non-*  
 Recte deinceps *GREGORIVS Magnus Moral. in Job. LXX. c. 24.* ait: *dum sunt.*  
*quia Deus ea, quae nobis futura sunt, videt ( quae tamen ipsi semper* *E. nondum*  
*praesto sunt ) praescius dicitur: quamvis nequaquam futurum* *scibilia.*  
*praevideat, quod praesens videt.* Atque ex hoc ipso intelligi Pa-  
 tres quidam Ecclesiae possunt, qui in Deo praescientiam fu-  
 turorum dari negarunt. Objective enim omnia Deo prae-  
 sentia sunt, ut adeo frustra suae sententiae hic patrocinium  
 quaerant aduersarii. confer. *FONSECA in lib. VI. c. 2. Arist. Me-* *Obj. II. non*  
*taph. 2. 4. Sect. 3.* Secundo, quicquid non habet esse deter- *habent de-*  
 minatum, illud nec scientiam determinatam; (scientia enim *termina-*  
 mensuratur a rei scitae essentia) Futura libera non habent *tum esse. E.*  
 esse determinatum (sunt enim indifferentia ad esse & non *non deter-*  
 esse, ad fore & non fore.) E. futura libera non habent scien- *minatam*  
 tiam *scientiam.*



tiam determinatam. Negamus hic minorem. uti enim praeterita habent esse praeteritum, ita futura futurum. Est enim futurum nihil aliud, quam ipsa existentia rei in instanti sequenti, connotando carentiam ejus in instanti praesenti, ut bene *SLEVOGTIVS* notat *P.II. Disput. 26. §. 16.* Sic e. l. si nunc verum in praesenti est, *Petrus disputat*; ab aeterno etiam verum fuit, *Petrus disputabit*. Idem etiam de conditionatis futuris dicendum, quoniam haec ipsa e duobus absolutis constant. uti exemplum docet; *si Petrus disputabit, aut vincet aut vincetur*. utrumque enim fieri nequit, ergo una pars certa est. Posito itaque, quod *ly vincet* verum in praesenti sit, verum etiam in futuro ab aeterno fuerit, ne-

*Obj. III.* *Si determinate vera, e contingen- tibus fient necessaria.* *cessum.* Sed urgent porro, si futura libera sunt determinate vera vel falsa, erunt necessaria; & frustra de his instituetur disputatio. v. gr. si Petrus cras certo disputaturus esset, frustra deliberaret, utrum vellet disputare. Verum enimvero negamus hic consequentiam, & dicimus, magnam differentiam esse inter *ly certo* evenire & *necessario* evenire, *certitudo* enim est *cognoscentis* (Dei praescientis) *necessitas rei cognitae* (objecti praesciti) v. g. si Petrus proposuit cras certo disputare, disputabit etiam certo; at haec ipsa disputatio non eapropter *necessaria* est. nisi necessitatem intelligere talem velis; qualem *ARISTOTELES* subinnuit, quando *lib. de Interpret. c. VII.* ait: Omne, quod est; quando est, necesse est esse: id quod verum in sensu *composito* est; sed *falsum* in *diuiso*. quare necessitas ex *suppositione* audit, quae optime stare potest cum contingentibus. vid. *Dni PRAESIDIS Disput. III. Metaphys. Axiom. 2.* Itaque consecutio ex *determinata veritate* ad *certitudinem* fieri poterit, non ad *necessitatem*.

*Obj. IV.* *Quia modum hujus praescientiae implicavit omnes.* *ta* sint ratione *operationis* seu *essentiae*, non vero *causae*. Haec itaque cum libera maneat, non frustra instituetur ab ea deliberatio. Ultimum dubium est, quod hoc trilemmate includunt contrasentientes: si futura libera praescit Deus, aut praescit in iis ipsis; aut in causis eorum; aut in propria *deter-*



determinatione. at vero non istud, non entis enim nulla scientia; illud non, quia causae eorum sunt indifferentes ad futurum & non futurum; neque hoc, alias enim homo non esset liber. ergo Deus non praescit futura. Ita inter alios *Pet. JURLAEVS* *Consult. de pace inter Protest. p. 27.* argumentatur, ut vel ad absurdum deduceret ipsi aduersantes, vel ad tertium modum cum ipso apprehendendum cogeret. Tanta etiam harum objectionum *FONSECAE* visa est difficultas, ut *lib. VI. Metaphys. Aristot. c. 2. q. 4. sect. I.* scribat: *Omnem rationem certitudinis diuinae cognitionis circa futura contingentia e medio tollere haec ipsa videntur.* hinc rem ipsam demonstrasse hic sufficere credit, quamuis circa modum ejus aqua nobis haereat. Sed vero emergendum utique ex his difficultatibus est, ne aduersarii os nobis obdurasse temere gloriantur. Equidem magnus quidam ac celebris vir, in scripto nuper emissio, se satisfacisse huic dubitationi credidit, si primo ac tertio modo Deum praescire futura libera negaret; at vero, in secundo hoc fieri sine contradictione posse, assereret. quod ita explicat. *Sicuti recte David* (haec enim verba ejus sunt) *ratiocinatur, qui oculum plantauit, is non videat? qui aurem plantauit, is non audiat? ita & recte colligitur; qui creaturae libertatem dedit suas actiones determinandi, quare is hasce non praevideat? Nam Deus, qui est ab aeterno, semper immutabilia omnia intuetur tanquam praesentia, adeoque & ab aeterno intuetur actionem liberam creaturae suae, non quidem a se decretam, sed ab hac determinandam. Ac ut eo minor, pergit, metus sit contradictionis, non dicendum est, Deum praevidere futura contingentia ut determinata; sed ut a causa libera, quae suam libertatem ab ipso habet, ejusque directioni est obnoxia, determinanda.* Verum enimvero hac responsione *Juriaeum*, quem sibi ibidem refutandam sumpsit, acquiescere vix posse, existimo. Primum equidem *Psalmistæ* dicto, quod affert, vim rhetoricam non derogavero; quomodo tamen *ἀνεπίβουλον* logicam sustinere hic queat, cum status controuersiae mutatus sit, non video. Propheta enim a perfectionibus creaturarum ad perfectiones creatoris ar-

B

gu-





gumentatur, atque ut probet, quæ creatura *formaliter* habet, Deum possidere *eminenter*, ait: qui oculum plantavit, is (quamvis hoc organum *formaliter* non habeat) non videat? i. e. non aliud possideat, quo idem longe eminentiori ac perfectiori modo consequatur. Ad Davidis igitur mentem si conclusisset in hoc negotio auctor, sic inferre debuisset: Deus homini libertatem dedit, ergo & ipse libertatem habebit? quod veronunc in quæst. non est. Deinde quamvis etiam David a creatione seu plantatione oculi, aurium &c. ad notitiam eorum conclusisset; idem tamen an statim in voluntate humana fieri possit, cum ingens inter hanc & ista differentia sit, valde nec sine causa dubitabit *Juriaeus*. Oculus & auris enim sunt agentia *naturalia*, voluntas agens liberum: illa *necessario* agunt, ut positis omnibus ad agendum requisitis non possint non agere; haec *libere*, cum omnibus positis, possit agere & non agere, hoc agere & illud agere: illa merae *machinae*, ut horologium, cujus utique artifex rotulas denticulares, automa, stilum coeteraque sciet; at vero hominis voluntas *indifferens* semper ad quasvis actiones contradictionis & contrarietatis eliciendas (juxta auctorem etiam ipsum) est. Magna igitur inter ipsam & oculum erit differentia. Quare si valere quid argumentum ab oculo ad voluntatem debeat, necessum est, ut paritatem utriusque statuatur. atque sic voluntas machina, ut oculus erit, quam tamen impiam sententiam tanto feruore, ac merito quidem, in aliis ejusdem libelli locis impugnat auctor. Post amplecti videtur noster, quod paulo ante rejecerat. Dicit enim, Deo omnia praesentia esse, futura etiam, qualis voluntas hominis & ejus determinatio, cum tamen paulo ante scripsisset: Deum res in se cognoscere & extra suas causas antequam existant, assertio contradictoria est. Denique dum dicit; futura contingentia indeterminata esse antequam fiant; profecto *Juriaeus* facile erit objectionem II. supra a nobis solutam repetere: quicquid non esse determinatum habet, illud non habebit praescientiam determinatam, sicque praescientia Dei erit falli-

falli-



fallibilis, sed hoc impium est, vel cogitare de Deo. Taceo, quod ex illo, quod ultimo loco auctor addit, scilicet ideo Deum praescire voluntatis effectus liberos, quia dirigat eandem, *Juriaeus* non incommode argumentari posset, ergo Deus inclinatur ita voluntatem ac dirigit, ut juxta praescientiam ejus sese accommodet. sicque habebit *Juriaeus*, quod voluit. tertiam nempe superioris trilemmatis partem. quam tamen sententiam acriter uti hic, ita aliis etiam in locis eodem in libello impetit, rejicitque noster. Nos vero ex illis, quae in principio hujus paragraphi expediimus, ad objectionem hanc haud difficulter respondemus: quod primo & altero modo Deus praesciat futura sine ulla contradictione. Sed vero, quod ad primum attinet, excipiunt: non entium nulla datur scientia, res, antequam sunt, sunt non entia, E. Hic dicimus, majorem falsam esse, quod in Obj. I. superius demonstraui. In minori monemus, Deo nihil esse futurum, ut eidem nihil est praeteritum. Sed instabunt, ergo res, antequam sunt, erunt. quod est *σιδηρόξυλον*. Distinguimus igitur inter esse *objective tantum*, & *reale*. sicque contradictio non secundum idem erit, quae utraque vera esse potest. ut: video Norimbergam (*idealiter*) &, non video Norimbergam (*realiter*.) Altero etiam modo, quod Deus futura praescire possit sine contradictione in Obj. II. supra a nobis soluta expeditum inuenies. aliud enim esse *determinatum* seu certum esse, aliud *necessarium* respectu scilicet operantis ibi docuimus.

§. V. Commonstrato igitur, quod praescientia divina *Distinctio* fit; facilius nunc eam cum rerum contingentia ac libertate *inter scien-* stare posse, expeditum dabimus. In quo illud in principio *tias divi-* tenendum est; scientiam Dei esse notitiam, qua Deus ab *nas.* aeterno novit, quae euentura, aut non euentura sint. (Deum enim plura nosse, quam condidit, nunc extra controversiam ponimus.) Pro objectorum itaque varietate, etiam scientia Dei, una quamvis ac simplicissima in se, sub aliqua distinctione rationis ratiocinatae a nobis concipitur.



*Naturalis.* tur. Alia enim scientia Dei illa est; qua omne possibile nouit, sine ullo respectu, quodnam ex illis futurum & non futurum sit. v. g. unum solem & plures simul creandi facultatem. haec scientia Dei *naturalis* dicitur, quoniam hanc in natura & essentia ipsius Dei admittere necessum est: eadem etiam *intelligentiae* vocatur; similitudine a nostro intellectu petita, quae etiam circa non entia, montes aureos, plures Soles versatur: *indefinita* item ac *indeterminata* eadem audit; quia Deus tunc nondum decreto liberae voluntatis secum statuisse concipitur, hoc e pluribus possibilibus condere, aut admittere, illud relinquere aut impedire. Alia scientia Dei ista censetur, qua Deus ex possibilibus nunc illa intuetur, quae futura sunt, quia decreuit Deus aut condere, aut admittere. v. g. hac praeuidit Deus, unum Solem, Adamum certo creandum, Petrum peccaturum &c. dicitur aliis scientia Dei *libera*, quoniam haec non in natura Dei praecise esse, ut naturalis, sed e decreto liberae voluntatis provenire videtur. Alio nomine *visionis* appellatur; quia, ut intellectus noster circa non entia, ita visus circa entia tantum versatur. certo autem futura esse determinatum habent, adeoque entia sunt. non attentis statibus praesentis, praeteriti & futuri. unus enim in Deo status praesens est. Quare cum eandem scientiam *praescientiam* vocauerimus, vocabulum ab imperfectione ita liberaudum est, ut fiat synonymum Grammaticum scientiae visionis. *Definita* ac *determinata* quare aliis eadem audiat, ex superioribus liquebit. At vero cum quidam ex recentioribus scholasticis dubitarent, ad quamnam speciem scientiae divinae illa referrent objecta, quae ex hominis liberrimo arbitrio proveniunt (non enim ad *naturalem* ista revocari posse, ipsis videbatur; quoniam etiam de futuris hic sermo sit, v. g. lapsu Adami, eruditione Socratis: neque ad *liberam*, quum haec ipsa a decreto divino pendeat, quod pugnare credebant cum libertate humana) hinc novam speciem fecerunt, atque illam scientiam *mediam* dixerunt, qua Deus ab aeterno

no-

*Libera.*

*Media.*



nouit, quid angelus aut homo facturi essent, si in hac vel alia occasione essent constituti. v. g. quid Tyri & Sidonii, si Christum audivissent; quid Keilitae Dauidi? si apud ipsos Saulum expectasset. quae etiam scientia inde *conditionata*, & ex *hypothesi* audit. Nemini equidem potest ignotum esse; quam totum orbem scholasticum mouerit haec unica distinctio, cum primum, siue *MOLINA* siue *FONSECA* siue *VASQVETIO* auctoribus (omnes enim hi inventionis sibi gloriam vendicare volunt) in eo personaret; Jesuitis eorumque affectis eam  $\pi\upsilon\lambda\epsilon\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\alpha\epsilon$  defendentibus; non minori vero apparatu acerbitateque impugnantibus eandem monachis Dominicanis. ut, quamuis res tandem coram Pontificibus Romanis *Clemente VIII.* A. clō Iōc I. &, cum is fatis concessisset, *Paulo V.* clō Iōc VI. ab utraque parte ageretur, peragi tamen aut componi aliter non potuerit, quam dimitterentur litigantes, hac sola lege, ut neuter alterum ob contrariam sententiam pro haeretico haberet, unusquisque vero suam hypothesein libere defenderet. qua de re vide *Spondanum*, & ex instituto scriptum librum *Gabr. HENAO in scientia media historiata*. Neque vero haec ipsa res inter protestantes eadem iudicia inuenit. multi enim ex nostratibus & reformatis scientiam mediam admisere, ut distinctionem, qua uti possemus in libertate nostra cum praescientia diuina componenda, atque ex illis sunt *Meisnerus*, *Calovius*, *Hornejus*, *Calixtus*, & philosophorum plerique; ex his *Fr. Gomarus*, *Lud. Crocius*: contra vero eandem impugnarunt ex illis *Hulsemannus*, *Gerhardus*, *Lyserus*, *Dannbauerus*, *Quenstedius*, & alii; ex his vero *Twisse* (integro libro contra scientiam mediam edito,) *Voetius*, *Triglandus*, *Maccovius*, *Maresius*, *Leydeker* aliique. Nobis hanc controuersiam ex instituto nunc prosequi, spatium non est. Id tantum dicimus, veteres praescientiam Dei cum uoluntatis nostrae libertate feliciter composuisse, licet noua hac *mediae scientiae* voce usi non fuerint. ut *Augustinus*, *Boethius*, *Lombardus* & alii in locis istis, ubi hanc controuersiam tractant, possunt uideri. Quod enim supra memorati



Pontifices decidere controuersiam detrectauerint, ratio status fuit, ne scilicet uni parti ascribentes, alteram offenderent. quod Italiae tum facies disuadere videbatur. (*Lud. MONTALTIUS lit. Prouinc. II. pag. 19.*) Modo res ipsa salva sit, ne cum distinctione, arbitrii nostri libertatem proscribamus. Qui igitur in eo nobiscum consentit: quod Deus sciat, sciueritque ab æterno; quid angelus, homo, acturi essent, si in hac vel illa occasione constituerentur, licet neutrum necessitare decreuerit, ita ut praescientia Dei cum liberrimo hominis arbitrio stare sine ullo contradictionis metu queat, cum eo nobis lis non est, ad quamcunque deinde scientiae diuinae speciem siue primam siue alteram, siue etiam utramque (omnes enim hae sententiae suos patronos habent,) id ipsum malit referre. At vero hoc ipsum caput causae est, nobis nunc pertractandum.

Rei difficultas.

§. VI. Quam difficile vero Philosopho sit, unam hic prae altera sententia condigne tueri, eruditissimus *VALLA* profitetur in *lib. V. August. de Civ. Dei c. 10. p. m. 157.* ea de re sic scribens: *Ardua quaestio, & varie a multis tractata, an praescientia Dei necessitatem aliquam afferat rebus? multi de schola recentiore (sub initium superioris seculi scripsit) obligationum arte accedunt ad disputationem muniti; ut si aliquid tibi sumpseris, ipsis, quod sibi retineant non desit. atque adeo ut magis irretita magisque inuisitata tota re discedatur, quam cum accederetur. ponis Deum scire me cursurum cras, aufer ergo me non cursurum, ponis hoc aufer illud. Quid erat, pergit, tricis illis & verborum laqueis opus, nisi simpliciter loqui, ut hic Augustinus; non ideo peccare hominem, quod Deus praesciuit eum peccaturum, qui si nolit, potest omnino non peccare, idque si faicat, hoc praesciuit Deus.* At vero non scholarum hae lites sunt; sed dubia, quibus in conscientiis nostris, quicquid fere statuerimus, misere colluctamur. Stoicos sane rebus omnibus fatalem necessitatem impositam, non ex animi quadam libidine, sed conscientiae potius errore credidisse, existimo. Gravia enim sunt, quae *SENECA*



CAhanc in rem scribit *cap. V. de Provid. p. m. 170.* Omnia certa & in aeternum dicta lege decurrunt. Fata nos ducunt, & quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas. Quid indignamur, quid querimur? ad hoc parati sumus. Ille ipse omniam conditor ac rector scripsit quidem fata; sed sequitur. semper paret, semel iussit. & quae sequuntur. Equidem si auctoritatibus componi controversia deberet, ex patribus ac philosophis facile esset, vel centum loca conquirere, quae nostram sententiam approbarent; at vero cum forum meum non legibus, sed rationibus locum det, majoris forte operis erit, omnes hic scopulos evitare, ut recto tramite ad portum veritatis deferamur.

§. VII. Ne vero Andabatarum more pugnemus, ad Praescientiam hoc punctum quaestionis argumentorum vim dirigimus: *tia Dei non An scilicet praescientia seu praenotio Dei rebus inferat necessitatem?* Atque ita quaestionem propositam negandam esse sequentibus demonstramus. I. ex natura scientiae aut praescientiae diuinae, quam enim respectu nostri praescientiam naturam sci- dicimus, eam intuitu Dei scientiam esse, supra dedimus entiae: commonstratum. *Per-Illustr. L. B. de PVFENDORF*, quam (α) meis hic verbis uti malo. ita autem ipse in *libro posthumo Jur. quae re sci- Fec. diuini §. 72. p. 271.* inquit: *Praescientia diuina fallere nescit, ta ratione rebus tamen nullam necessitatem adfert, nec his causam dat: cum ea posterior nihil aliud notet, quam intuitionem rerum deinceps extiturarum aut est. possibilium; scuti inspectio est rerum praesentium & memoria praeteritarum. Atque ista etiam in eos cadit, qui ad productionem rerum nihil conferre possunt. Productio enim rerum est opus potentiae & voluntatis; praescientia autem solius intellectus. Illa definit & constituit, prout res utique existere debeat; haec a necessitate existendi praescindit, & rem simpliciter intuetur: Quod autem at- tinet ordinem praescientiae & decretorum diuinorum circa futu- ram rerum existentiam, utra alteram praecedat? sane manifestum, non sine absurditate & contradictione statui; decreta Dei priora esse praescientia. Id enim perinde est, ac si dicerem; me statuisse aliquam certam rem producere, quam, quae & qualis sit nesciam. &*  
quae



(β)  
mensuratur  
re scita.

quae sequuntur deinceps. Inde usitatissimum est, priscis Ec-  
clesiae patribus: *res non ideo euenturæ sunt, quia Deus præscit; sed ideo præscit Deus, quia euenturæ sunt.* ORIGENES Tom. IV. in Epist. ad Rom. cap. 8. quem locum etiam P. LOMBARDVS ci-  
tat I. Sent. Dist. 38. Q. 1. Rotunde itaque & concinne BEDA Tom. VIII. libr. Quæst. q. 13. pronunciat; *Quid? ergo coegit nos Deus, ut mali sibi videremur ab aeterno? Nam potius nos coegimus Deum, ut nos malos videret.* & AVGVSTINVS Homil. LVIII. in Job. c. 9. ait: *Deus non præsciisset mala Judæorum nisi ipsi ha- buissent.* cum quo & CHRYSOSTOMI faciunt in Epist. Paul. ad Cor. Christus dixit, *neesse est ut veniant scandala, non ideo arbitrii libertatem corrumpens & necessitatem imponens, sed prædicens, quod sane futurum est, non quia Deus prævidit; sed quia hominum voluntas immedicabilis fuerit.* Quod cum ita sit, præscientia rei sci-  
tae causa non erit. causam enim effectu posteriorem esse σι-  
δηρόζυλον est. Deinde scientia a re scita mensuratur. ut ocu-  
lus noster ab objecto, quod videt. quare, si præscientia Dei vera esse debet, rem, uti in se est, præsciat necessum. Id est necessaria ut necessaria, contingencia ut contingencia. Unde nervose BOETHIVS lib. V. de Consol. Phil. prosa 6. p. 127. inquit: *Quid igitur postulas, ut necessaria fiant, quae diuino lumine lustren- tur, cum ne homines quidem necessaria faciant esse, quae videant.* Num enim quae præsentia cernis, aliquam eis necessitatem tuus addit in-  
tuitus? *minime.* Atqui, si est diuini humanique præsentis digna col-  
latio; uti vos vestro hoc temporario præsentis quaedam videtis, ita ille omnia suo cernit aeterno. Quibus idem, digna quidem & re-  
liqua essent, ut hanc in rem legerentur, mox simile subjun-  
git, dicens: *Sicut vos cum pariter ambulare in terra hominem, & oriri solem videtis; quanquam simul utrumque conspectum; tamen discernitis & hoc voluntarium, illud esse necessarium iudicatis.* Ita igitur cuncta despiciens diuinus intuitus, *qualitatem rerum minime perturbat; sed alia contingenter præscit, alia necessario eventura.* Ex quibus nunc facile concludimus, quod cum ex natura scientiarum, quaelibet supponat objectum suum, non faciat; neque Dei scientiam aliud velle. Quid? quod sci-



scientia ad intellectum pertineat tantum, necessitatem au- c) *opus in-*  
tem inferre opus potentiae sit & voluntatis, ad illam theoria *tellectus,*  
sufficit, hoc non nisi ad praxin potest reuocari. Inde enim *non poten-*  
quae diuersorum subjectorum sunt, eorum etiam diuersam *tiae aut vo-*  
operationem manere concludimus, Satis vero improprie *luntatis.*  
scientia tum sumitur, quando etiam beneplacitum inclu-  
dit, quod voluntatis est opus a scientia proprie sic dicta pe-  
nitus distinctum. Repete ex superioribus illa, quae specia-  
tim de scientiae diuinae distinctione monuimus.

§. VIII. Et quid multis opus? optimos testes in no- *Prob. II. ex*  
bismet ipsis habemus, qui clare ostendunt, Deum non ne- *natura ho-*  
cessitate quadam nos ad actiones impellere. Primum enim *minis,*  
hominem iudicio, hoc est, vi quadam praeditum esse, ne ipsi *Qua a) ju-*  
aduersarii inficiantur, qua in proposita sibi objecta eorum- *dicio pollet.*  
que bonitatem inquirunt. quod omne frustraneum esset, ni-  
si ex cognitis objectis deinceps eligere, quod optimum vi-  
deretur, idem posset: sed ad alterutrum jam ante esset de-  
terminatus. Id quod etiam *BOETHIUS* vidit, qui pari ra-  
tione ad liberum arbitrium nostrum contra necessitatem ex  
praescientia Dei *lib. V. prosa 2. p. m. iii.* argumentatur: *Quod*  
*ratione uti naturaliter potest, id habet iudicium, quo quodque di-*  
*scernat per se: igitur fugienda optandaue dignoscit. Quod ve-*  
*ro quis optandum iudicat esse, petit: refugit vero, quod existimat*  
*esse fugiendum. Quare quibus inest ratio, ipsis etiam inest volen-*  
*di nolendique libertas.* De re vero, qui adhuc dum gestiat du-  
bitare: is vel hominem simplicem ac rudem rectae tamen ra-  
tionis usu pollentem consulat, & inductione facile conuin- b) *liberta-*  
cetur. En! carnibus in duabus patinis tali appositis, utram *tem ex in-*  
necessarium sit prius apprehendere, disputa? Ipse fa- *ductione*  
ne neutrum necessarium esse prompte respondebit: po- *probat.*  
ne enim, dicet, primam & ego alteram apprehendam;  
aut hanc tu pone, & ego capiam de illa. Atque hoc est,  
quod scripsit non nemo; dum nimium ratiocinamur, ratio-  
nem cum veritate amittimus.

C

§. IX.



Prob. III. §. IX. Quamuis vero haec ipsa ad astruendam thesin  
 ex rei ipsius nostram sufficere possint, ut tamen eo clarius innotescat,  
 inconueni- quam impossibile sit, contrariam opinionem amplecti, in-  
 entis conuenientia simul ostendere est visum, quae ex ea opinio-  
 a) Frustra ne prona ac facili consecutione fluunt. Uti vero illi nobis,  
 praemia & in philosophia etiam, semper displicuerunt, qui talibus con-  
 poenae. sequentiis onerant aduersarios, quas ipsi vel non conce-  
 dunt, vel ex earum hypothese fluere negant, hoc enim certum  
 mihi indicium est, oppugnantes aduersae partis mentem non-  
 dum, ut decet, percepisse: ita tamen contra sentientis esse,  
 vitium in consecutione ostendere, & thesin oppositam ab ea  
 liberare non minus existimo. Tales autem non illi fuerunt,  
 contra quos BOETHIVS disputat lib. V. prosa 3. p. 115. dum in-  
 quit: Quo (Stoicorum ex praescientia necessitatem impu-  
 gnat) semel recepto, quantus occasus humanarum rerum consequatur,  
 liquet. Frustra enim bonis, malisque praemia poenaeue proponuntur,  
 si ad alterutrum non propria mittit voluntas, sed futuri cogit certa ne-  
 cessitas. & quae ibi sequuntur. Etiam preces frustra ad deum sic  
 b) frustra cessitas. & quae ibi sequuntur. Etiam preces frustra ad deum sic  
 spes & pre- funduntur, cum nulla spes mutationis superfit, semel inue-  
 ces. sta in rebus humanis necessitate. Pergit enim eodem in loco:  
 Igitur nec sperandi aliquid nec deprecandi ulla ratio est. Quid enim  
 vel speret quisquam vel etiam deprecetur, quando optanda omnia  
 series inflexa connectit. Aufertur igitur unicum illud inter homi-  
 nes Deumque commercium, sperandi scilicet ac deprecandi. A qua  
 tamen sententia tantum abest, ut Stoci appellauerint, ut po-  
 tius SENECA lib. de Prouid. haec ipsa admittere non dubitet.  
 cum inquit: nihil aliud sunt preces, quam aegrae mentis solatia.  
 fata jus suum per agentia, nulla commouentur prece, non misericor-  
 dia flectuntur. conf. Job. PALATII Veneti Aquilam inter lilia  
 lib. IX. c. 2. p. m. 330. ubi pulchra hanc in rem de fato & fortu-  
 c) Deus au- na extat dissertatio. Deinde quis injuriam B. SPINOZAE fie-  
 tor mali. ri existimet, si ex ea, quam ipse hominibus necessitatem im-  
 ponit, consequi dixerit: Deum omnis mali authorem esse.  
 Ita enim ille Epistola XXIII. & XXV. p. m. 453. & 457. impie phi-  
 lo-



lofophatur: Deum nullo modo fato subijcio (is enim error Stoicorum fuit, ut supra in Senecae loco ostensum) sed omnia inevitabili necessitate ex Dei natura fieri concipio. Nos ideo inexcusabiles, quia in Dei potestate sumus, ut lutum in manu figuli. videlicet nemo Deum redarguere potest, quod ipsi naturam infirmam, seu animum impotentem dederit. Sicut enim absurde circulus conquereatur, quod Deus ipsi globi proprietates, vel infans, qui calculo cruciatur, quod ei corpus sanum non dederit: sic etiam homo animo impotens queri posset, quod Deus ipsi fortitudinem veramque ipsius cognitionem & amorem negauerit, quodque ipsi naturam adeo infirmam dederit, ut cupiditates suas nec coercere, nec moderari possit. Atque sic homines sunt excusabiles, neque Deus irascitur illis, sed omnia ex ipsius sententia fiunt. Interim tamen possunt beatitudine carere & multis modis cruciari. Qui enim ex morfu canis furit, excusandus quidem est, & tamen jure suffocatur; & qui denique cupiditates suas cogere & metu legum easdem coercere nequit, quamvis etiam ob infirmitatem excusandus sit, necessario tamen perit. Qua quidem sententia nihil scelestius esse potest. quae ex hominibus bruta facit, ex necessitate agentia. Si enim ipsi opposueris, quare Deus malos cruciet, bonos caelo dignetur? si non penes ipsos sit, istud cauere, hoc vero amplecti: eodem jure, impudenter respondet, Deum id facere, quo uni equo facilem dominum, pabulum lautum, quietemque largiatur, alium contra asininis laboribus subijciat, & istis faciat carere. Sed haec execrationem potius, quam refutationem merentur. Ipsi sane Stoici hoc videntur meliores; cum, licet fatalis necessitas eorum paria fere absurda progenuerit; ipsi tamen effugia in causis, nobis homuncionibus occultis quaesierunt, nec unquam ausi fuerunt talia asserere. Deum enim ideo mali ipsos auctorem fato suo facere constanter negasse *Ant. MVRETVS* probat, locis in not. ad Senecae de *c) nullum Provident. c. V. p. m. 529.* pluribus citatis. Illud tandem non *contingens* possum non in aliis mirari. qui, cum omne ens vel necessarium esse vel contingens statuunt nobiscum, Dei tamen *plane darentur.*





praescientiam his ipsis necessitatem afferre, afferere non ve-  
reantur. Si enim sunt necessaria & contingentia, Deus etiam  
ita ut sunt, hoc est, necessaria ut necessaria, contingentia ut  
contingentia debet praescire. Secus enim aut non dabitur  
contingentia, aut praescientia falsa erit, quod utrumque ta-  
men aduersarii inficiantur. Inde neruose *AVGVSTINVS*  
*lib. V. c. 10. p. 156. de Civ. Dei: Non ergo propterea nihil est in nostra*  
*voluntate; quia Deus praesciuit, quid futurum esset in nostra volun-*  
*tate. Non enim, qui hoc praesciuit, nihil praesciuit. Porro si ille*  
*praesciuit, quid futurum esset in nostra voluntate: non utique*  
*nihil, sed aliquid praesciuit: profecto & illo praesciente est aliquid*  
*in nostra voluntate.*

*Ad dubia* §. X. At facilius forte esse dixeris, aliquam hic senten-  
*ex praesci-* tiam tueri; quam satisfacere objectionibus aliorum. Er fa-  
*entia con-* ne ita res est. Difficile enim ex omnibus scrupulis, qui sub-  
*tra rerum* oriri nobis circa hanc materiam solent, se expedire. Subibi-  
*indifferen-* mus tamen & hanc arenam, ne stationem in maximo con-  
*tiam oppo-* fictu reliquisse videamur. Argumenta autem quibus im-  
*sita respon-* petunt nostra aduersarii haec sunt. Primum a certitudine  
*sio.* & infallibilitate scientiae diuinae ad rerum scitarum neces-  
*Obiectio I.* sitatem concludunt. Si enim Deus ab aeterno praeuidit,  
*a certitu-* Judam proditurum esse Seruatorem; necesse etiam, inqui-  
*dine prae-* unt, fuit, ut proderet in tempore, alias enim Deus in prae-  
*scientiae* scientia deceptus fuisset. At vero supra jam est responsum  
*Dei. quae* ad haec. Distinguendum enim hic inter *certitudinem* & *necessi-*  
*a) necessita-* *tatem*, & si vocabulo necessitatis hic uti velis, inter *necessita-*  
*re videtur.* *tem consequentiae* seu *illationis* & *consequentis*, seu quod eodem  
recidit, inter necessitatem *hypotheticam* & *absolutam*, non haec,  
sed illa, salua libertate nostra, queunt admitti, ( talis  
enim necessitas e. g. illa est: si eris Rector Academiae Hal-  
lensis, eris comes Palatinus.) Hinc intelligendus *AVGV-*  
*STINVS* est *lib. V. de Civ. D. c. 10. f. m. 155.* ubi inquit: *Si illa defi-*  
*nitur necessitas, secundum quam dicimus, necesse esse, ut ita sit ali-*  
*quid vel ita fiat; nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem aufe-*  
*rat*



rat voluntatis. Sicut cum dicimus, necessum est esse, ut cum volu-  
mus, libero velimus arbitrio, & verum procul dubio dicimus, & non  
ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subijcimus, quae adimit li-  
bertatem. Sunt igitur nostrae voluntates, & ipsae faciunt, quicquid  
volendo facimus, quod non fieret, si nollemus. Id quod BOETHIUS  
lib. V. prosa 3. p. 113. sq. illustrat. At nos, inquit, illud demonstra-  
re nitamur, quo modo se habeat ordo causarum; necessarium esse even-  
tum praescitarum rerum, etiamsi praescientia futuris rebus eveni-  
endi necessitatem non videatur inferre. Sicuti, cum quid esse scio,  
id ipsum esse necesse est: ita cum quid futurum novi, id ipsum futu-  
rum esse necesse est. Sic fit igitur, ut euentus praescitae rei nequeat  
evitari. Adeoque cum dico; impossibile est, Adamum non  
peccare, si Deus praesciuit: recte P. LOMBARDVS I. Sentent.  
dist. 38. q. 1. respondet; hanc enunciationem veram in sensu  
composito esse, sed falsam in diuiso. non enim Deus Adami pec-  
catum vidit, antequam admitteretur ab Adamo, id quod na-  
tura aeternitatis vult: dum autem erat admissum, non am-  
plius poterat non admitti, cum tamen potuerit, antequam  
admitteretur. Quare non incomode scripsit nuperrime non-  
nemo: in aeternitate ego jam mortuus sum, licet adhuc dum  
vuiam in tempore. Est enim aeternitas BOETHIO definiente  
lib. V. prof. 6. interminabilis vitae tota simul & perfecta possessio. no-  
stra vero a praeteritis praesentia in futura procedunt: nec  
totum nostrae vitae spatium pariter ac simul possumus am-  
plecti. Exemplum ex sphaera sume, perage eam & circum-  
age non uno intuitu totam inspicias; quamuis si alia ratio-  
ne constituti oculi nostri essent, quin totam simul intueri  
possemus, nemo possit dubitare. Atque sic umbram aeterni-  
tatis habe, quam si tenueris, magnam in tenebris lucem usur-  
dabis, quibus repleti haec assolet doctrina. Neque enim  
sic est, quod circa illa verba haereas: quomodo quod ab  
aeterno verum, falsum fieri potest in tempore. Non posse  
enim, confidenter respondemus; sed distinctione modo da-  
ta arbitrii nostri libertatem tuemur. Si vero cui hic obscuri



b) stare  
cum con-  
tingentia  
nequit.

videmur, is non styli nostri infelicitatem accuset; sed neglectum Metaphysicae doleat, disciplinae etiamnum diuinae. Nunc ad alia. Dicunt enim porro: si Deus non constringit, dirigit, & cogit quandoque voluntatem nostram ad veritatem praescientiae suae, quomodo haec ipsa certa esse unquam poterit. Pone enim, Deum scire; me cras disputaturum esse, & non disputabo. ergo decipietur in sua scientia Deus. At bene obuiam it huic dubitationi *AVGVSTINVS L.V. de Civ. D. c. 10. f. m. 156.* inquit: *Deus Adamum peccaturum esse praesciuit, qui si nolit omnino, non peccat. sed si peccare noluerit, etiam hoc ille praesciuit. & BOETHIVS L.V. pr. 6. sed si in mea, inquit, potestate situm est mutare propositum, euacuabo praescientiam, cum, quae illa praenoscit, forte mutauero. Respondebo; propositum te quidem tuum posse deflectere, sed quoniam & id te posse, & an facias, quouere conuertas, praesens praescientiae veritas intuetur, hanc te non posse vitare: sicuti praesentis oculi effugere non possis intuitum, quam te in varias actiones libera voluntate converteris. Sed*

*Object. II.* neque hoc omne est, quod nobis objiciunt. nam ut absurditatis nostram conuincant sententiam, ita pergunt argumentari. Primum, si penes solam voluntatem est, se ipsam determinare, erit voluntas ens independens. quod inauditum. Fateor, difficile esse huic objectioni, ita ut nullus in animo scrupulus remaneat, ex asse satisfacere. Scholasticorum equidem, quos magno numero hic allegare possem, mihi non ignotae responsiones sunt. Quarum plures cum *SLEVOGTIVS Disp. XXVII. Philos.* in medium proferat, eas repetere nolo. Id dico, multa quidem subtiliter utiliterque ab illis differi, an tamen rem omnem expediant distinctiones illae, aliorum iudicium esto. nunc contentionis ferram cum ipsis reciprocare spatium non est. confidenter equidem *AVGVSTINVS lib. V. de Ciuitate D. o. 9. p. m. 154.* *Deus omnium potestatum dator, non voluntatum.* quod si ita assumis, ut ibi principium volitionis, hic vero electionis S. Patrem insinuasse dicas, absurditatem nullam video. Quae verba quamuis in aliis



aliis editionibus (Romanum enim exemplar ita habet) correctata fuerint, in eo tamen vim Augustino factam esse, ego quidem propterea existimo; quia ea ipsa cum sequentibus bene cohaerent, ubi idem dicit; nullam creaturam agere nisi Angelum & hominem: cetera vero libertate carentia tantum pati, hoc est, machinas esse, quarum actiones a principio externo pendeant. Audacius hac in re *DVRANDVS* argumentatur *lib. II. dist. 37. q. 1.* quae uti nec omnia probo, ita omnia improbare nolim. Sane si ad principium electionis (quod probe nota, nam quod ad volitionis principium attinet, huic Deum sine labe in malis etiam rebus cooperari affirmare nullus dubito, hoc enim actum ipsum respicit, qui in se indifferens est, non rei moralitatem) si inquam ad id ipsum cooperetur, etiam de bonitate & malitia participaret, quod statuere impium est. dico itaque, quod Deus autor voluntatis eam ita creaverit, ut dependere ab ipso voluerit in volendo, non eligendo. cum vero & ipsa vis eligendi in creando, conseruando, actuque ipso, quatenus in malis etiam rebus indifferens est, a Deo dependeat, qui concurrere cum ea, prout vis illa sese determinauerit, aeterna lege statuit, entia independentia hic facile expirabunt. Restat ultimum dubium, quod apud *BOETHIVM* legere est *lib. V. p. 130.* *Quid igitur inquires? ex meane dispositione scientia di-* b) *cum tem-*  
*vina mutabitur, ut cum ego nunc hoc nunc illud velim, illa quoque porali mu-*  
*noscendi vires alternare videatur? At ipse respondet: minime. taretur sci-*  
*Omne namque futurum praecurrit intuitus, & ad praesentiam pro-* entia *Dei*  
*priae cognitionis retorquet ac revocat; nec alternat, nunc hoc, nunc aeterna.*  
*illud pernoscendi vice: sed uno istu mutationes tuas manens prae-*  
*venit, atque complectitur.*

§. XI. Ceterum quid de illis sentiendum existimem, *An homo*  
*qui hominem quidem liberum a coactione esse, sed non a ne-* tantum *a*  
*cessitate putant, aperire hic etiam utile esse censui. BELLAR-* coactione  
*MINVS* certe & ejus asseclae pro temperamentorum ratione *liber?*  
*hominem agere arbitrantur, quam cum Deus ab aeterno ac-*

cura-



curatissime nouerit, facile concludere eundem posse, quid homo in tempore facturus sit, si in tali vel tali occasione constitueretur. Verum nos breuiter ita respondemus, inclinare & instinguere corporis nostri dispositionem ad hoc vel illud agendum; sed nostri tamen arbitrii esse, impulsus tales suppressere, mutare, invertere. quod nisi esset, vitia omnia Deo deberemus temperamentorum architecto, taceo alias ex hac doctrina prouenientes absurditates. Huc & illorum doctrinam refer, qui voluntatem priorem esse intellectu credunt. Hi enim existimant in temperamento jam residere, quid voluntas actura sit, si ab intellectu tale vel tale objectum repraesentetur. v. g. venereum temperamentum necessario consensurum, si intellectus amabile ipsi sit objectum. Quae sane & ipsa doctrina ex homine meram machinam facit, & ejus aufert libertatem. Ultimo dicunt nonnulli: homo quidem libertatem habet, quoad distinguenda objecta, posita tamen appetitus cum objecto harmonia non potest non agere. Sed hi homini *spontaneitatem* dabunt, non *libertatem*. atque ita homo iterum brutum Cartesianum erit, hoc est, machina, cujus motus cum ex principiis extrinsecis pendeant, ipsa ne agere quidem dici potest, sed pati, ut supra ex Augustino. Quod, quomodo ostensas suo loco inconuenientias euitare queat, ego quidem, quam vellem etiam, videre nequeo. Talis igitur voluntati nostrae libertas debetur; qua homo positus omnibus ad agendum requisitis, agere potest & non agere, hoc agere & illud agere: atque hanc quod praescientia diuina nulla ratione impediat, haecenus dedimus demonstratum. Ceterum cum *BOETHIO* tractatum claudimus: *Auersamur igitur vitia, colite virtutes, ad rectas spes animum subleuate, humiles preces in excelsas porrigite. Magna vobis est, si dissimulare non vultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.*

FINIS.





DD A 6307

ULB Halle 3  
002 937 14X



88

V 17

Reho ✓










ste/  
irft/  
er  
stell  
and  
lem  
tats  
feyn  
ürne  
he h  
n re  
y ist/  
u.  
XX  
bella  
nim  
overir  
ad  
non e  
ctos  
vicif  
itum  
ft, et  
min  
nda p  
matu  
tibus  
os à  
ppug  
us ac  
tello  
eat,  
ipis ca  
praa  
s ipfi  
quid,  
con  
ibus  
fcept  
litate  
av o  
; bel  
laciti  
GL



3.

~~57.~~

# An praescientia Dei rebus inferat ne- cessitatem?

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,*  
**DN. FRIDERICO**  
**VVILHELMO,**  
ELECTORATUS BRANDENB. HEREDE,  
&c. &c. &c.

SVB PRAESIDIO  
**DN. IO. PETR. LVDOVICI,**  
PHILOS. PROF. PVBL.

DISPVTABIT  
**M. JOH. ANDR. LISCOVIVS,**  
WVRZENSIS MISNICVS.

---

D. XXIX. NOVEMBR. cIo Io vcc.  
H. L. Q. S.

HALAE MAGDEBVRGICAE, ST ANNO HENCKELIANO.

